Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



tohe

testamentorum promissione spem non habentes et sine deo in hoc mundo
Nunc autem in xpo iesu nos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sangui
ne xpi / ipse enim est pax nostra qui fecit utrumque unum et medium parietem
maceriae solvens inimicitias in carne sua / legem mandatorum decretis e
vacuans / ut duos condat in semetipso in unum hominem novum faciens pace
ut reconciliaret ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimicitias in se
metipso / et veniens evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis / et
pacem his qui prope / quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad
patrem / Ergo iam non estis hospites et advenae / sed estis cives sanctorum
et domestici dei / superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum / ipso
summo angulari lapide xpo iesu / in quo omne aedificatio constructa
crescit in templum sanctum in domino / in quo et vos aedificamini in habitaculum
dei in spiritu sancto Sequitur cap. xi. epistole. III.

h Quorum rei gratia ego Paulus vinctus xpi iesu pro vobis gentibus
si tamen audistis dispensationem gratiae xpi quae data est mihi in vobis
quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum sicut supra in brevi
prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio xpi quod
aliis generationibus non est agnitum filiis hominum sicut nunc revelatum est
sanctis apostolis eius et prophetis in spiritu esse gentes coheredes et concorporales
et comparticipes promissionis in xpo iesu per evangelium cuius factus sum
ego minister secundum donum gratiae dei quae data est mihi secundum operationem virtutis
eius a nobis autem omnium sanctorum minimo data est gratia hac in gentibus
evangelizare investigabiles divitias xpi et illuminare omnes quis
dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in deo qui omnia creavit ut innotescat
principatibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei
secundum prefinitum saeculorum quam fecit in xpo iesu domino nostro in quo habemus
fiduciam et accessum in confidentia per fidem eius propter quod peto ne deficiatis
in tribulationibus meis pro vobis quae est gloria vestra hunc rei gratia
flecto genua mea ad patrem domini nostri iesu xpi ex quo omne patrinatus
in celo et in terra nominatur ut det vobis secundum divitias gloriae suae virtute
corroborari per spiritum eius in interiorem hominem habitare xpum per fidem in cordi
bus vestris in caritate radicati et fundati ut possitis comprehendere cum
omnibus sanctis quae sit longitudo et latitudo et sublimitas et profundum
scire etiam supereminentem scientiae caritatem xpi ut impleamini in omnem plenitudinem